

## Band VIII., Nr. 3242, Seite 394-395

*Graf Konrad von Vaihingen freit die Güter des Klosters Maulbronn in Hohen- und Niederhaslach vom Vogtrecht.*

Ohne Ortsangabe, 1283. Mai 9.

Ex eo, quod secundum condicionem humane nature generatio preterit et generatio advenit, in oblivionem ab hominibus gesta processu temporis transiunt universa, necesse est in evum permansura, diligent scripturam testimonio communiri, que in noticiam posteris cupimus pervenire. Noverit igitur tam presens etas, quam successura futurorum posteritas, quod nos Cunradus comes de Vehingen in anime nostre remedium et salutem necnon anime pie memorie domini C[unradi] patris nostri de consensu et voluntate Heinrici fratris nostri dedimus monasterio sancte dei genitricis Marie in Mullenbrun, Cisterciensis ordinis Spirensis diocesis, et fratribus ibidem deo perpetuo servitum libertatem omnium bonorum suorum, que in presenti possident in villis Haselach superiori et inferiori et in terminis earundem, videlicet vinearum agrorum pratorum torcularis et vinee Heinrici Campanarii, que ad ipsos fratres post mortem eius devolvetur, et breviter omnium, quorum occasione a fratribus dicti monasterii in prefatis villis iure advocatie precarias seu exactiones quocumque modo exigere hactenus solebamus. Ita sane quod eadem bona universa et singula, sive fratres per se coluerint sive colonis locaverint, ab omni iure advocatie precarie exactio vel servitii cuiuscumque de cetero semper et in perpetuum sint quieta libera absoluta nichil omnino iuris in ipsis bonis nobis vel nostris heredibus reservato. Excipimus autem ab ista donatione census, qui in villis prenominatis a dictis fratribus, nobis non advocatie iure set census nomine annis singulis persolvuntur. Ipsi etiam fratres sepediti monasterii nichilominus omni iure et libertate in villis Haselach supra positis et in terminis earundem gaudebunt, quo vel qua ante hanc nostram donationem gaudere quomodolibet consueverunt, videlicet in nemoribus in pascuis in secundis palis in fimo comparando et in omnibus aliis iuribus, quibus usque nunc usi sunt ibidem, nec a quoquam villanorum in predictis omnibus aut in singulis molestari debent nec impediri possunt aliquatenus vel artari. In omnium autem premissorum maiorem evidentiam et in robur firmitatis presentes dedimus litteras sigillo reverendi domini Friderici Spirensis episcopi et nostro necnon domini Ulrici comitis de Asperc socii nostri et domini Erkengeri de Magenheim et domini Ulrici de Branbure sigillis diligenter communitas. <br> <br> Actum et datum anno domini MCCLXXX tertio, in dominica qua cantatur Jubilate.

## II

---

5 Siegel aus gelblich gefärbtem Wachs an weißen Leinenlitzen; davon sind die Siegel 2-5 tief in Wachsmasse eingedrückt und wahrscheinlich von einer Hand gefertigt, die Siegel 2-4 sind flache Nachbildungen der echten Siegel (z. B. an der Urkunde Nr. 2843 in WUB, Bd. VIII, S. 149 von 1279 für Bebenhausen und Urkunde Nr. 1574 aus dem Jahr 1260 in WUB, Bd. V, S. 334). Vermutlich handelt es sich bei dieser Urkunde mit ihrer Schrift aus der Zeit und der Speyerer Schule um eine Fälschung. 1) Siegel des Friedrich von Speyer, vgl. die Siegelbeschreibung zu Urkunde Nr. 2300 (WUB, Bd. VII, S. 211). 2) Siegel des Konrad von Vaihingen, vgl. die Siegelbeschreibung zu Urkunde Nr. 2892 (WUB, Bd. VIII, S. 177. 3) s. Urkunde Nr. 1574 in WUB Bd. V, S. 334. 4) s. Urkunde Nr. 2843, WUB, Bd. VIII, S. 149. 5) schildförmig, 47 : 38 mm., schrägrechtsgeteilter Schild; Umschrift: + . S . VLRICI . DE . BRAMBVRCH .

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

HStA Stuttgart

**Signatur/Titel des Originals:**

A 502 U 1084

## Weitere Angaben

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Ohne Ortsangabe

**Ortsindex:**

Bromberg Wohnplatz (1136)<br>Bromberg, Sachsenheim, LB<br>Hohenasperg Wohnplatz (879)<br>Hohenasperg, Asperg, LB<br>Hohenhaslach Wohnplatz (1141)<br>Hohenhaslach, Sachsenheim, LB<br>Magenheim Wohnplatz (1899)<br>Magenheim, Cleebronn, HN<br>Maulbronn Wohnplatz (7043)<br>Maulbronn, PF<br>Niederhaslach Wohnplatz (1147)<br>Niederhaslach, Sachsenheim, LB<br>Speyer, SP<br>Vaihingen an der Enz Wohnplatz (1130)<br>Vaihingen an der Enz, LB